Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25974
Copyright: Admont, Benediktinerstift

214

dicit uel pressos iugo legis inuitat
ad euangelium. Qua ratione est euangelii gratia le
uior lege? Quia in lege adulterium in eu
angelio concupiscentia. ibi homicidium
hic ira punitur. In lege opera requiruntur. S cap xxviii.
in euangelio uoluntas que licet effectum non
habeat premium tamen non amittit. ut si uirgo
non uoluntate corrumpatur. apud euangelium
uirgo suscipitur. apud legem quasi corrupta
repudiatur. Laboratis dicit. uel in le m
gis difficultatibus. uel in diuitiis acqui
rendis. Reficiam uos .i. recreabo uos
exoneratos per euangelium promittens
regnum eternum.

Tollite iugum [...] meum super uos
et discite a me quia mitis sum et humi
lis corde. et inuenietis requiem ani
mabus uestris. Iugum dicit euangelium quod iudeos
et gentes in una fide coniungens ut ter
ram cordis sui excolant per uomerem sacri
eloquii. Tollite iugum super uos in su
periori .s. mentis uestre in honore ha
bentes. Exemplo quoque meo discite
mites esse corde. et humiles corde S cap xxii.
ne lateat serpens in specie columbe.
humiles quippe neminem contemnunt
mites quoque in lenitate animi iugiter per
seuerantes nullum ledunt et sic per
quietem mentis inueniunt tandem
sempiternam requiem

Iugum enim meum suaue est et onus meum le hic
ue est. Quid iugo Christi suauius. quid hone
re leuius. Probabile fieri a scelere absti
nere bonum uelle malum nolle amare
omnes odisse nullum eterna consequi. presen
tibus non capi nolle inferre alteri quod sibi
ipsi sit molestius. Licet angusto
initio sit arta uia ut alibi dicit que
ducit ad uitam processu tamen temporis ineffa
bili dilectionis dulcedine dilatatur.
Iugum fidei suaue est comparatione legis. m
quia ibi uulnerantur pueri. hic lauantur
saluandi. Onus euangelii leue est quan
tum ad legem. quia ibi adulterium punitur per
lapidationem. hic purgatur per peniten
tiam

Siquis uenit ad me et non odit pa S cap xliiii
trem suum et matrem. et uxorem. et I cap lx. c. ic.
filios. et fratres. et sorores. adhuc autem et xxxviii.
animam suam. non potest meus esse discipulus.
Et qui non baiulat crucem suam et uenit
post me. non potest meus esse discipulus. Percunc Bi ib.
tari libet quomodo parentes precipimur
odisse qui iubemur et inimicos dili
gere. Et de uxore ueritas dicit.
quod deus coniunxit homo non separet. Et
paulus ait. Viri diligite uxores
uestras sicut et Christus ecclesiam. Sinum propen